



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.36. Diplomata pro Fratribus Mendicantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

§. XXXVI.

Sæcul.XIII.
A.C.1252.

Diplomata pro Fratribus Mendican-
tibus.

Sub idem tempus Papa Innocentius Fra-
tres Prædicatores sacrarum Deo Vir-
ginum regimine exoneravit, ne illos a
litterarum studiis & ministerio verbi di-
vini averteret. Duo tantum cœnobia,
Romanum S. Sixti, & Prulianum in Oc-
citania, quod omnium primum erat, eo-
rundem curæ reliquit. Generalis Magi- *Rayn. n. 5.*
ster Ordinis Frater Joannes Teutonicus
Papæ rem mali exempli conquerebatur,
quod nimirum aliqui suorum Fratrum
contra votum obedientiæ in sui electio-
nes ad Episcopatus consentirent incon-
sultis Magistris Provincialibus, & Archi-
episcopi haud ægre illos consecrarent.
Igitur Papa vetuit, ne quis Fratum Præ-
dicatorum Episcopatum acciperet, ac
ne quis Archiepiscopus vel alias Præful,
etiam si Apostolicæ Sedis Legatus esset,
Fratrem Prædicatorem declararet Epis-
copum, aut inaugureret, nisi Generalis
vel Provincialis Magister Ordinis hoc per-
mitteret, aut sancta Sedes id mandaret.

Actum 15 Jul. an. 1252. Simillimas Pa- *Vading.*
pa litteras pro Fratribus Minoribus ad Ge- *1252. n. 22.*
neralem eorum Ministrum Joannem Par-
mensem 22 Aprilis eodem anno dederat.

§. XXXVII.